

bus propria^d et in hiis septem temporibus pastores esse^e non desierunt^f.
 445 Quod igitur tempus pastoribus^g proprium^h dictum est, tempus primum,
 quod martyribus secundum, quod doctoribus tertiumⁱ, quod virginibus
 quartum, quod monachis^k quintum. Porro in sexto loco conversi et^l
 coniugati accipiendi sunt, quorum tamen institutio ab ordine monachorum
 descendit⁸³. Primo itaque tempore^m fuerunt omnes ordines isti, ut ita dixe-
 450 rimⁿ, in domo pastorum, secundo in domo martyrum, tertio in domo doc-
 torum, quarto in domo virginum, quinto in domo monachorum, sexto in
 domo conversorum^o et coniugatorum, qui duo^p sexto loco pene simul
 novissime^q claruerunt.

Que cum ita se habeant, modo considerare libet, quid^r fuerit^s proprium
 455 unicuique et qualiter omnes^t per singulos^u communicant^v singulis. Pro-
 prium fuit apostolorum evacuare litteram, ut statuerent^w spiritum; propri-
 um martyrum evacuare ydolatriam, ut statuerent^w culturam^x unius dei^x;
 proprium doctorum debellare hereses, ut Christi statuerent^w veritatem;
 proprium est^y contemplantium^z evacuare mundi luxuriam, ut gaudia com-
 460 prehendant^a celorum; proprium est^b monachorum^c vagos et inconstantes
 comprimere⁸⁴, ut virtutem unitatis custodiant. Isti sunt quinque^d precipui
 ordines, qui quinque libri partibus ascribuntur; ex quibus quinque partes
 celestis civitatis^e perficiuntur^{f85}, quibus etiam conversorum ordo velut^g ad
 suburbana pertinens iungitur, coniugatorum^h ac siⁱ ad vicos, de quibus^k
 465 dicitur^l: *Per omnes vicos eius^m cantabitur alleluia*⁸⁶. Quia igitur singuli

d) deputata B. Der Urtext könnte gelaute haben: proprie deputata. e) ecclesie E.
 f) desinunt B. g) pastorum D. h) proprie convenit AC. i) folgt proprium
 B. k) monachorum BDE. l) folgt in septimo B. m) fehlt AC. n) diximus
 D. o) conversorum D. p) folgt isti B. q) novissimi BD. r) quod DE.
 s) fuit DE. t) deus D. u) singulas E. v) communicat D. w) statuere A;
 statuerunt C. x-x) unius dei cultum D. y) fehlt AC. z) folgt et virginum est
 D. a) apprehendant D. b) fehlt AC. c) folgt motus AC; folgt discursus D.
 d) fehlt DE. e) Ierusalem DE. f) proficiuntur B. g) fehlt D. h) folgt quo-
 que D. i) sic AC. k) folgt et D. l) folgt et B. m) tuos E.

⁸³) Als Neuerung der sechsten, d. h. der jüngsten Periode der Kirchengeschichte wird die Einrichtung der dem – z. B. zisterziensischen – Kloster dienenden Laienbrüder und verheirateten Bauern, die den Grundbesitz des Klosters bearbeiteten, gesehen. Die Periodeneinteilung erfolgt also hier aus monastischer Perspektive.

⁸⁴) Im Sinne der Regel Benedikts (cap. 1) und gegen das im 12. Jh. vielverhandelte Problem der Klosterflucht z. B. maioris religionis causa.

⁸⁵) vgl. *Enchiridion* Z. 2321–2335 (f. 70^r).

⁸⁶) *Tob.* 13,22.